

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Brevis Instructio De Solido Ficto**

**Neller, Georg Christoph**

**[Trier], [MDCCLIX?]**

**VD18 13642987-ddd**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16318**

REVERENDISSIMO,  
ILLUSTRISSIMO,  
ET  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO,  
**D. FRANCISCO  
LUDOVICO CASIMIRO  
S. R. I. COMITIS DE WALDBOTT  
A BASSENHEIM &c. &c.**

Ecclesiarum Metropolitanarum, Mogun-  
tinae, & Trevirensis, Cathedralis Eichstettensis, nec  
non Equestris S. Ferrutii in Bleidenstatt respectivè  
**CAPITULARI,**

Insignis Ecclesiae Collegiatae ad S. Victorem Moguntiae  
**SCHOLASTICO &c. &c.**

*DOMINO, AC MÆCENATI MEO  
PER QUAM GRATIOSO.*



REVERENDISSIMO,  
ILLUSTRISSIMO,  
ET  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO,  
D. FERDINANDO  
LUDOVICO CASIMIRO  
S.R.I. COMITIS DE WALDBOTT  
A BASSENHEIM &c. &c.  
Ecclesiarum Metropolitarum, Magni-  
tunc, & Trevirensis, Cathedralis Bickenensis, nec  
non Episcopi S. Ferni in Hibernia respective  
CAPITULARI,  
Insignis Ecclesie Collegiate ad S. Victoris Moguntie  
SCHOLASTICO &c. &c.  
DOMINO, AC MACEVNATI MEO  
PER QUAM GRATIOSO.



REVERENDISSIME,  
ILLUSTRISSIME,  
ET  
EXCELLENTISSIME  
S. R. I. COMES,  
MÆCENAS PERQUAM GRATIOSE.



ro multis libris, & marcis beneficiorum, quæ  
Illustrissima Gens TUA, nominatim bonæ me-  
morie CASIMIRUS FERDINANDUS  
ADOLPHUS, Pro-Patrius, Vir primum  
in sæculi, deinde in Christi militiâ integerrimus, póstque hunc ipse Ex-  
cellentissimus Genitor Tuus RUDOLPHUS, Parenti meo exhibuerunt,  
EXCELLENTIA TUA ipsamet in filio humillimi servi continuat, ec-  
quod clientelaris recognitionis redhibere potero hominum? Plus omnibus  
misit in gazophylacium vidua illa pauper, quæ Marci 12. v. 42. duo  
minuta, quod est quadrans, misit; eò quòd de penuriâ suâ miserit om-  
nia, quæ habuit. Ego sanè sub initium legitimæ scientiæ, quâ me su-  
stentare posthac cogito, plus pecuniæ non habeo, quàm solidum: hunc  
debitæ gratitudinis ergò mittere liceat in gratiosas Mæcenatis mei ma-  
nus; &, licet iste solidus naturâ suâ sit fictus, mens humillimi offe-  
rentis tamen sine quâvis fictione devota est, manebitque servitiis Bas-  
senbei-

REVERENDISSIMÆ  
ILLUSTRISSIMÆ  
ET  
EXCELLENTISSIMÆ  
S. R. I. COMES  
MÆCENAS PER QUAM GRATIOSÆ



*senheimianis. Sinceritas verè germana dignoscitur multis à sæculis esse  
character distinctivus WALDBOTTORUM à BASSENHEIM; &  
vel ideò sinceros clientes amant, simulatæ fidelitatis adultores oderunt.  
Quapropter fiducia me ingens alit, hoc solidi ficti munusculum, quan-  
tumvis exile, cordis tamen sinceritate stipatum, ab EXCELLENTIA  
TUA repulsum haud iri; Cujus perveni tutelæ me demississimè com-  
mendans, profundissimo respectu sum, eróque semper*

REVERENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ  
EXCELLENTIÆ TUÆ

*Servus, & Clientis humillimus*  
G. M. B. SEÜBERT.





## I. N. J. C.

I.



*Solidorum* tam est crebra in utroque jure, & aliàs mentio, ut titulo de V. S. præclaram navent operam, qui cum COVARRUVIA, aliisque JCtis, in deprehendendâ *verâ solidorum notione* defudant.

II. Nec minùs referent ei grates Ecclesiæ, & tot alii, quibus debentur veteres census mediæ ævi *sub nomine solidorum*, & sæpè minimum aliquid pro magno solvitur ex ignorantia monetæ; sæpè creditor, & debitor sumptuosus implicantur propterea litibus; interdum iudex ipse nescit.

III. Est autem *solidus* duplex: 1) *Numeralis, fictus*, sive *quantitatis* in numerum specierum redactæ: 2) *Speciei*, si nempè certus quidam *nummus*, *in specie* cusus, vocetur *solidus*.

A

IV. So-